

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Ad D.Georgium Schultetum, pastorem in Gebersdorf,prope Dama

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

flus respiciat nos, ego non leuiter commoueor his
rebus. Tu uale feliciter: Vitebergæ, Die 11 Iunii,
anno 1529.

Ad D. Georgium Schultetum, pa-
storem in Geberdsdorf, prope
Dama,

S. D. Venerande domine Georgi: Et ipse mini-
stros Euangelij ex animo ueneror: & ubi possum,
libenter eis benefacio: & sum hortator omnibus
meis auditoribus, ut sint memores dicti diuini,
quod ait, Duplici honore dignos esse eos qui rectè
docent. Si igitur tibi possem prodesse, facerem
summa uoluntate. Sed mea simplex uerecundia fuit
ingrata nescio quibus in ea aula, in qua tu pecuniã
petis. Nec meis literis responsum est, quas reueren-
ter scripsi. Et semper Principes illos honorificè
predicauit: quod bono studio facio, ut alij reueren-
ter de Principibus etiã loquãtur. Cum igitur in eo
loco prodesse non possem, quæres alios deprecato-
res, quorum ibi plus ualere oratio potest. Scis uo-
luntatẽ Principis esse piam: sed mihi apud eum ad-
uersatur homo nunquam à me laesus, & potius mul-
tis beneficijs adfectus. Deo meas & publicas erum-
nas commendo. Bene uale, 22 Decembris,

1553.

Clarif.